MONUMENTA GERMANIAE

custodie traditum lecto ferreo et multis malis oppressum detinuit. Facta sunt hec anno Domini m°c°xxvi; Precedenti anno, mortuo Hinrico videlicet imperatore x Kl. Junii, anno sequenti Lotharius, Gheverhardi comitis ducis Saxonie filius, Moguncie a principibus eligebatur in regem Romanorum. Quo electo Hinricus, qui Conradum comitem captivum detinuit, vitam finivit. Cuius morte in castro Kirchbergh nunciata, cum eam ex luctu familie Conradus comes captivus intellexisset persuasis custodibus suis, dimissus estet ad Lotharium, alias Luderum, regem Romanorum electum profectus, interventu regine Richeze, cuius erat cognatus, marchiam Missnensem dono et beneficio regis Lotarii obtinuit atque heres ~~tot~~ totius proprietatis Hinrici marchionis, qui eum captivaverat, una cum castro Ylebora effectus est. Sicque eundem nobilissimum comitem Deus omnipotens deiecit et melius dono imperii marchionem Missnensem erexit. Ab isto siquidem Conrado + marchione Missnensi quasi primo stipe genealogiam principum Missnensium computare olym inceperunt.

Conradus marchio.

Hic inclitus princeps devocionis fide incensus in subsidium terre sancte ad sepulcrum dominicum transivit cum magna militum suorum et ministerialium multitudine anno Domini m°c°xxxv°. Anno denique ~~sequenti~~ sequenti videlicet m°c°xxxvi Lotharius imperator magnam convocacionem et curiam principum apud Moguntiam fecit, ad quam cum Hinricus, filius Wiperti de Grotz et marchio de Lusacia venisset, ibidem Moguncie mortuus fuit sine heredibus, et sic marchia Lusacie ad imperatorem extitit devoluta. Redeunte itaque Conrado marchioni Missnensi de terra sancta et sepulchri dominici, dono et infeudacione

m Missn.

~~Missn.~~

x) missn

m Missn. + f. CCLV c.

m Missn.

rot.

~~cū~~ urspr. wohl cū (c=t) dann verbessert in tū.

a) adquatā c adquantam cf. ? c=t.

b) exitit, u/ verdeutl., corr. manu rec. extitit.

~~exnunc~~ D exnunc ? fot ensunc

m Missn